



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atque Legvm || Pene Omnium  
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

3 de Confectione & iure Inuentarii hereditarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)





- apud prædictos Iasonem, Bartolam, Paulum Castrem, in prad. l. fin. & quædam per Guill. Benedictum, ad c. Raynatum, ad versic. mortuo itaq. testatore. l. nu. 398. & seq. de testam.
- 11 ¶ Necessitas ¶ in hereditatis questione conficiendi inuentarii, heredis est, qui si vel non conficiatur, omittendo dolose quæ inuenta sunt in hereditate, priuatur beneficio inuentarii, Masuer. in vit. de success. §. item si heres dolose, §. 49. in praxi, vide Pan. Cast. ad d. l. f. nu. 2. ibi Bal. & Jaf. de iure delib. C.
  - 12 ¶ Cogi ¶ tamen non potest facere, si nolit, nisi sit heres grauat. de restituenda hereditate post aliquod tempus. Nam is adigitur inuentarium facere ope iudicis, vt disputatur in decisione Capellæ Tholof. 314. & ad illam per Auferium. Num autem currat & tempus & necessitas conficiendi inuentarii in eo cui restituatur ex fideicommissio hereditas, & num is inuenit inuentario heredis grauari, remissus tractat Guido Pap. decif. 571. nu. 6. Bar. in l. i. ratione, §. quod vulgo, ad l. Falcid. P. & in l. i. §. de iure delib. P. qui respondit tenet iterum eum qui restituitur, de nouo facere, vt fruatur beneficio, ne teneatur supra vires. Idipsum ¶ & probat Pau. Cast. nu. 3. ad §. & si præfatum, & ibi Bal. l. f. de iur. del. C.
  - 13 ¶ In ¶ fisco vero non conficiendo inuentarium, responsum non ideo subiciit pœois, l. scimus, de iure delib. C. quia is non tenetur ultra vires hereditarias, l. i. §. an bona, & l. non possunt, de iure f. P. Et ita iudicari tradit Guido Pap. decif. 571. nu. 3. & decif. 333. licet videtur contrariis, §. pen. de hered. & Falc.
  - 14 ¶ Attamen ¶ contra minores currit hoc tempus, sed restituuntur probata l. ratione, l. pupillus, de her. & Falcid. in Auth. gl. in Lauulium, §. 1. de minor. 25. an. Guid. Pap. decif. 141. 142. Idipsum dicitur in ecclesia, & hospitali, heredibus institutis, §. fin. de her. & Falc. & ibi Jac. de Bellouise, in Auth. veruntamen vt in minore, est locus restitutioni, & quia conuincit, §. illi etiam, de relig. domib. in Clemen. Gui. Pap. decif. 571. nu. 4.
  - 15 ¶ Remitti ¶ tamen an possit hæc necessitas inuentarii a testatore heredi, post varias sententias distinguit Iul. Clarus lib. 3. sent. iuris, in §. testamentum, q. 67. nu. 2. vt non possit remittere in præiudicium creditorum, alioquin si remiserit, & ipse non fecerit, in solidum conuenitur ab illis. At in præiudicium legatariorum, aut fideicommissorum, quibus si noluerit nihil que res relinquere
  - 16 cogebatur, posse. ¶ Sicut ¶ & potest tutori remittere confectio nem inuentarii, nõ quidem simpliciter, sed tantum si prohibeat, l. i. arb. in C. Bar. in l. nemo potest, nu. 12. de leg. 1. Si tamen iudex videat minori expedire confectio nem inuentarii, nõ obstante prohibitione illud facere tutorem coget, Bar. vbi sup. l. utilitatem, & l. in confirmando, de confir. tut. Bal. ad d. l. f. arb. tut. C. Debetq; fieri descriptio bonorum, non obstante prohibitione testatoris, Boer. ad §. 7. in §. l. hac consuetudo videtur probari, de consuet. & si a. per. in consuet. Baur. Vide de remissione inuentarii, Guid. Pap. decif. 322. & conf. Iafon. in l. cum necessitatem, C. de fideicom. Ang. conf. 144. circa finem.
  - 17 ¶ Effectus ¶ huius inuentarii legitime peracti, propter quos tot solemnitates ei affixæ sunt vtilitates plures habent, quas ponit textus in l. fin. §. & si præfatum, & seq. de iure delib. Et ibi Iafon, Paulus Castrensis, Bartolus, & alii explicant. Et primo, non tenetur heres conficiens inue utarium, ultra vires hereditatis creditoribus hereditariis. Quamobrem inuentarium beneficium dicitur, & contrarium iuris antiquis regulis, l. si te bonis, & l. qua dotis, sol. mat. P. 2. Hoc heres conseruat sibi beneficium Falcidie, quod amitteret sine inuentario cũ sine illo adiens, teneatur legatariis, ultra vires hereditatis, d. l. fin. §. si quis autem remerario, de iur. del. C. Auth. sed cũ testator, ad Treb. 3. Ex hoc potest integra legata & debita soluere aliquibus nõ accepta cautione de restituendo, vt pro rata aliis contribuere, nisi sciret alios esse legatarios & debitores, & ita malitiose alios alios ex integro prætulit, vt olim. facit l. i. si cui plus quam per l. Falcid. Pau. Cast. ad d. §. & si præfatum, l. fin. de iure delib. 4. Propter factum inuentarium heres, si pecunia non sunt in hereditate, quibus satisfieri possit creditoribus, non cogitur ipse res vendere hereditatis, vt pecunias conseruet, & ita vitet obligationem de euictione, sed dat in solutam res ipsas, Pan. Cast. vbi sup. Et ita aliud pro alio, etiam inuito creditore, contraque iuris communis regulas soluitur, l. fin. §. i. si cer. per. P. vide de hoc auth. si debitor, C. de fideiuss. in Auth. decif. Cap. Tholof. 108. §. Confecio inuentario, si hereditas desinit esse soluendo propter interitum superuenientem rerum sine sua culpa damnus est creditorum vel legatariorum, non suum, Bar. in l. in ratione, §. diligenter, ad l. Falcid. P. 6. loco. Conficiens inuentarium, prohibet per illud, vt si quid per testatorem ei debeat per additionem, & possit illud re-

petere, l. si. §. in computatione, de iure delib. C. l. in imponenda, ad leg. Falc. C. quod alioquin iure communi non fit. Nam adita hereditate sine beneficio inuentarii, confunduntur actiones inter debitorem testatorem & heredem creditorem, l. debitor, 7. de pact. C. l. pen. de hered. act. l. licet, C. ad leg. Falcid. l. Stichum, §. solutio, de solut. P. cum simi.

¶ Imminet ¶ tamen præcipuum damnum heredi, vt si nõ confecerit inuentarium, teneatur supra vires hereditatis creditoribus & legatariis, d. l. f. §. et si præfatum, & §. si vero postquam, & §. si vero non fecerit, de her. & Falc. in Auth. propter suspicionem expilationis facti, non autem in conscientia, Bal. ad l. f. de iure delib. Bar. ad rub. de acq. her. Mart. Laud. tract. pœnit. Guid. Pap. q. 571. nu. 9.

¶ Cui ¶ tamen regulæ sex adfert Iafon, in d. §. & si præfatum, nu. 2. quas ibi video probatas. Indico autem tantum, 1. Si creditores & legatarii fateantur nihil amplius fuisse in hereditate. 2. Si mortuus, de cuius hereditate agitur, dum viueret, cessisset bonis. 3. Si heres fit cui l. beratis causa bona addicantur. 4. Si defunctus reliquisset quippiam alicui taxandam officio iudicis, vt alimenta. 5. In executoribus testamentariis. 6. In fisco herede,

¶ Addendus ¶ est alius effectus non contemnendus istius beneficii inuentarii, quod pendente tempore confectio nis facienda, heres pro debitis hereditariis coaueniri non possit personali vel hypothecaria actione, nullo tamen ex hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem præscriptione præiudicio generando, l. f. §. d. que tamen, de iure delib. C.

¶ Veruntamen ¶ si contentiatur heres, nõ vt heres, sed tanquam simplex possessor reali iudicio, quia illud competit contra quemcunque possessorem, l. Nefennius, §. fundum, de re iud. P. pendente etiam dilacione facienda inuentarii interpellatio recte fit. Item si pro legatis ad pias causas, puta pro soluendis legatis pauperibus, qui fame premuntur: vel pro sumtibus in funere faciendis, qui ante etiam confectio nem inuentarii detrahi ab hereditate debent, d. l. f. §. in computatione, de iure delib. C. Interpellatur. Et ita docent Cynus, Bald. & alii interpretes, ad l. f. §. donec, de iure delib. C. & Ang. in tractatu suo, inuentarii. Addunt & cõueniri hoc tempore, pro male ablatis a testatore repetendis, pro deposito recuperando, vel commodato, Pau. Cast. & Ang. in l. i. §. hac stipulatio, cellar. 12. §. cui plus quam, per leg. Falc. P. Bal. in d. §. donec. Si is heres alios debitores hereditatis ad necessitatem conueniat, vt & tunc ipse conueniri possit, Chaff. ad §. 13. ad ver. si aucuns se veulent, in des successions, nu. 10. versio quinto limita, in consuet. Burg. vide Bal. & Iaf. in d. l. debitor, de pact. Guido Pap. tamen decif. 571. nu. 8. absolute probat, heredem licet per alios nõ possit conueniri, pendente tempore inuentarii, posse tamen hereditarios debitores conuenire: excipiendo enim contentus impedit litis ingressum, l. fin. l. f. §. licentiam, de iure delib. C. Guid. Pap. d. decif. 571. num. 7. Si tamen exceptio hæc inuentarii conficiendi omiffa sit in initio, non ideo minus valet, quod in lite gestum est, nec ideo processus nullus est ipso iure, decif. Capel. Thol. 257. Ab initio vero obicitur. Et ita recte ea exceptione, executiones virtute instrumentorum debiti defuncti non sunt intra tempus conficiendi inuentarii, Bal. in d. l. f. §. & si præfatum, Iaf. in ca. l. §. licentiam, v. talis de Campani in tract. clausul. clau. nihil nouari inuentarii confectio pendente, quod seruati in praxi monet Barthol. Chaffan. ad §. 13. & ad ver. si aucuns se veulent, in des successions, nu. 11. vers. & ideo.

¶ Rationes ¶ porro istius inuentarii & effectus, possunt colligi ex pluribus. Quarum prima, quia inuentarium facere tenentur, qui de acceptis reddere debent rationem, l. Orphanotrophus, & ibi Bal. de epis. & cler. C. Inuentarium namq; dicitur caput & principium omnium rationum, quod & simplices administratores facere tenentur, l. nulli, C. eod. l. de iur. & rat. distrab. Rationes vero acceptorum & inuentorum in hereditate reddere tenentur heredes creditoribus, dum volunt se ab omni periculo eximere.

¶ Secunda ¶ ab honestate pendet, conuenire homini probo non solum malum non esse, sed & esse alienum ab omni mali suspicionem, P. salm. 33. cum simi. l. tutor qui reperiuntur, de adm. tut. l. autem qui non vult inuentarium facere, presumitur esse dolosus, & dolo non facere. Et proinde tanquam ex maleficio, contra illum de existentibus iuratur in litem, l. non figura, de actio. P. l. contrahitur, de pign. §. c. 2. de prob. non solum §. sed vt probari, de ope. non. P. l. echnographis, de adm. tut. P. ¶ Tertia, ¶ quia quamuis negotium non pendeat ex vi inuentarii, tamen ad certitudinis probationem conducit scriptura, l. f. §. in compus. de iur. del. cũ ad liberationem heredis, nec ultra teneatur: tum etiam ad eluendam furtiuarum rerum suspicionem. Neque quicquam interest heredi fieri

fieri inuentarium, cum & sumibus hereditariis fiat non suis, *ca. vniuersi in 2. de testib. in 6. l. postquam liti. C. de pact. cum simi.* Et sic repellitur eius malitia, per exceptionem receptam tua non interest. Sed nec iure naturae aequum est, ut is veli locupletari cum alterius, nempe creditorum, iactura, *l. nam hoc natura, de cond. ind. P. l. iure naturae, de reg. iur. P.* Eius autem voluntatis esse praesumitur, qui non patitur dominos & creditores, rebus suis prospicere, *in xtra c. ad forte mibi gladium, de presum. q. Proinde in Gallia, in locis quae consuetudine reguntur, beneficium inuentarii conceditur per principem, codicillis ea de re impetratis ab officinis aequitatis, seu a cancellariis, Pap. lib. 2. r. h. ap. are. sit. 10. art. 1. quibus id permittitur, dummodo cautiones interponantur. Cautiones porro, quae praestantur ab huiusmodi heredibus literas impetrantibus, sunt duae, vna iuratoria, de fructibus & mobilibus in hereditate inuentis, non etiam de immobilibus: altera fidei iussoria, de faciendis sumibus funeris, & soluendis debitis, vique ad valorem praedictorum mobilium, & ita iudicatum, *idem ubi proximo.* Ceterum, quae sint rationes temporis concessi inuentario faciendi, possunt accipia rationibus iuris deliberari.*

## De aequa hereditate. Cap. 4.

Lib. 29. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 30.

- 1 Adire hereditatem quid est.
- 2 Aditio & repudiatio, extraneorum immistio, & absentio suorum.
- 3 Aditio vel immistio duplex, expressa & tacita.
- 4 Aditio de qua ve fieri dicitur, nempe de hereditate.
- 5 Aditio hereditatis pro parte fieri non potest, nec pro parte repudiatio.
- 6 Adire hereditatem qui possunt. & 7.
- 8 Seruus non potest, nisi iussu domini adire hereditatem.
- 9 Per procuratorem an quaeratur successio.
- 10 Mutus & surdus pro herede se gerere possunt.
- 11 Cui interdictum bonis, quando & quomodo adit hereditatem.
- 12 Aditio nomine infantis & collegii heredum per quos fiat.
- 13 Monaco delata hereditas per quem aditur.
- 14 Aditio hereditatis verbo, & nuda quomodo fiat.
- 15 Adire hereditatem grauatus, de restituenda cogitur.
- 16 Aditio & sine & coram iudice fieri potest.
- 17 Adeundi hereditatem plurimum succedentium ordo. & 18.
- 19 Adeundi facultas quando tempore praescribitur.
- 20 Adire volens, cuius status esse debet.

1 In aditione, prima causa est consideranda, an aequa sit hereditas, & hoc tractauimus iam in 1. & 2. & 3. superioribus. Videamus igitur quid sit aditio, & de reliquis. Adire hereditatem, inquit Azo in *summa, tit. de iure delib. C. nihil aliud est, quam velle eam habere, animo scilicet & facto, ire ad hereditatem, suscipere, & agnoscere, ve tanquam suam.* Aditio, quia diuersam quid constituitur aditum ab eunte ad illud, proprie extraneorum esse dicitur, qui apice de hereditate (sic enim apice pro adipisci dictum refert antiquis Sextus Pompeius Festus) venit in bona quae nullo modo possidebat antea: quemadmodum cum non acceptam delatam, repudiare dicitur. Qui autem sui sunt, non adire, sed se immiscere hereditate, vel pro repudiatione, abstinere se ab eadem dicuntur, *§. extraneos, de her. qual. & differ. nota. in rubr. de acquir. her. P.* quia viuente patre qui erant in eius potestate filii, quasi domini erant, *l. in suis, de lib. & posthum.*

2 Duplex est aditio vel immistio, expressa & tacita, *§. in extran. de her. qual. & diff.* Expressa est, quae verbis aperte declaratur, cum facto, dicente herede, se adire vel adiuisse hereditatem: veluti, quando grauatus est de restituenda hereditate, cogitur eam adire a fideicommissario substituto, *l. nam quod, 1. 4. §. qui compulsi, & l. cogi, 16. §. generaliter, ad Smatis cons. I. rebellia. P. in l. quando, 68. de acquir. hered. P.* idem si sponte adit, *ut l. eum qui, 1. §. in eod. Tacita aditio, quando heres ea gerit, quae non solent geri nisi ab heredibus, nulla protestatione contraria preueniente: sic enim dicitur, se gerere pro herede re ipsa, *pro herede, 20. & l. gerit, eo. tacita voluntate, cuius testamentum in contrarium nullum fuit editum.* Maxime hoc in suis heredibus verum erat, qui iure ciuili heredes fiebant, qui ingerendo se, ipso iure immiscere sese videbantur, nisi mente diuerium protestarentur manifesto. In extraneis non vtiq; obseruatum olim. Nam filii emancipati, bonorum possessionem petere debebant: & si gererent aliqua hereditatis, ante-*

quam decretalem bonorum possessionem a praetore ac cepissent non dicebantur pro herede gerere, *l. 1. l. puberem, l. sum heredes, C. de iure delib. nec iure Codicis, antequam a iudice loco praetoris impetrassent, l. fin. & penult. C. qui admitt. ad bon. possess. possint.* In Gallia tamen aequale ius omnibus heredibus constituitur, ut ingerendo se, videatur se pro herede gerere: quia mortuus testator ut sui domini etiam extranei sunt, si velint, & mortuus salis viciunt. Vnde gestio pro immistione habetur. Pro herede quippe dicitur gerere, qui tanquam dominus hereditatis facit: antiqui enim heredes dominos dicebant, *§. penult. de hered. qual. & diff. d. l. pro herede, 20. & l. gerit, 87. de acquir. hered.* Rectius tamen opinor distinguere ea quae geruntur, an gerantur alio animo quam hereditatis agnoscenda: quod constat declaratione, *l. Antistius Labeo, 62. eo. P.* & protestatione. Aut si declaratio nulla fiat antea, colligendum est ex gestis: an gesta sint eius naturae, quae fieri possunt ab alio quam ab herede: an vero non soleant nec possint fieri ab alio, quam ab herede, *d. l. pro herede, an ab vtriusq; fieri possint.* Nam quae ab aliis quam iure heredis fieri possunt omnino, certe illa non habent immixtionem: veluti, si quis non quasi heres, sed quasi filius patroni, egens a liberto patris velit alii, proculdubio hoc extra causam est se immiscendi bonis, *Pau. in l. i. quis non, 79. de acquir. her. P.* Item si rem hereditariam, ut rem alienam penes se habeat nesciens hereditaria, *l. cum bonis, 86. eod.* Si furripuit rem hereditariam, *l. si quis extraneus, eod.* Si tanquam inquilinus vel vt custos, vel alia de causa quam vt heres, in domo habitauerit paterna, *l. 1. de repud. her. C.* Si possideat rem vt emtor ab heredibus paternis, *l. 2. eod. si tanquam socius viuents patris, l. si pupillus, 42. §. si in societate, de acq. her. P.* Si quis vero gerat ea, quae non sunt, nisi ab herede, pro herede se gessisse videtur: vt in institutus cum filio, instituit filium adire, *l. si ego, l. si seruus, l. si ex sua, eo.* Si heres, etiam non hereditaria, quasi hereditaria vltus sit, *l. si quis extraneus, 21. §. 1. l. gerit, l. cum bonis, eo.* quia animus ibi inspicitur, vt voluerit esse heres, *l. si auia, 6. C. de iure delib.* Si aliquid accipiat ex voluntate defuncti heredi debitum, vt pecuniam quam dare iubentur statuliberti, *d. l. pro herede, 20. §. Papinianus scribit, de acquir. hered. P.* Si seruos hereditarios manumiserit, *l. si pupillus, 42. §. si. l. Pamponius, 85. §. fin. eo. l. 1. C. de iure delib.* sic de similibus. Quod si gerat negotium heres, quod ab herede, & ab alio ad conseruationem hereditatis, vel ob pietatem geri potest, si heres gerat sine protestatione, pro herede gessisse videtur: si protestetur, non vtiq; *d. l. pro herede, l. 2. C. de iure delib.* vt puta, si filius patrem sepeliuit, si iusta ei fecit, si seruos hereditarios pauid, aut iumenta hereditaria, si ea distraxit, si fundos aut aedes locauit, vel fulsit, vel quid aliud fecit, vt saluae res essent.

3 Aditio fieri dicitur de hereditate, ideo eius qui viuunt bona, hoc nomine adiri vel repudiari nequeunt: quia viuents hereditas non est, sed mortui, *l. 1. de her. vel act. vend. l. 1. pro hered. P. l. opinione, C. eod. l. hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sign. P.* & qui hereditatem adiuit viuents, nihil egit, *l. qui superstitis, 93. de acq. her. P.* Quin si putet testatorem, vel eum de cuius hereditate agitur aequa, viuere, non potest adire, *l. si quis heres, 13. §. si quis, l. heres institutus, 23. eod. l. si quidem, C. soluto matrimon. l. necne, Cod. de captiu.*

4 Rursus postquam hereditas delata est, eius pars adiri non potest, & altera omitti: sed aditio de tota facienda est, *l. 1. & 2. l. si quis, 35. & l. duo sunt, heredes, 38. de acquir. hered.* Atque filius, beres institutus, hereditatem non potest repudiare retenta legitima, *Pau. Castren. in l. heres instituta, C. de imp. facit. l. cum hereditate, 55. de acquir. hered.* quia legitima filii cum est vnica cum reliquo patrimonio patris, non consideratur separatim & diuisim a reliquis bonis. Ita filius abstinendo se bonis patris, immiscere se non potest legitima, aut petere eam: vt etiam notat Cynus in l. heres instituta, Cod. de impuber. Nec abstinendo potest legitimam separare, vt notant interpretes post Bartholom. Chassanæus, ad §. 12. ad verb. *ne retourne point, versicul. secundo respondeo, in consuetud. Burgund.* Ita ius aditionis indiuisibile, & qui institutus est ex alio, qui se gerit in aliqua parte pro herede, totam agnoscere videtur, *l. si ex alio, 10. l. si solus, 79. l. ex semisse, 73. eodem, facit l. 4. de omni a. gro de ser. libro 11. Cod. de testamento, C. de impub. liquidam elogio, 20. de iure delib. C.*

5 A quibus potro adiri debeat hereditas, planum est, ab illis posse, qui heredes institui possunt, vel capaces sunt successione, vel per se, vel per alium quaerendae: Atque regula